



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Œcumenica Cathedræ Apostolicæ Avthoritas**

**Reding, Augustin**

**[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.**

Disquisitio IX. Quanta sit Romani Pontificis authoritas circa Patriarchalia, & Archiepiscopalia, & consequenter Episcopalia jura?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38717**

animi semper laborant : sed quemadmodum in corporibus nunc ille, nunc contrarius morbus gravatur ; unde contraria, pro vario morborum genere, medicamenta sunt adhibenda : ita mentes successivè contrariis erroribus, & vitijs subjacent, quibus modò istis, modò illis legibus occurrendum est.

123. Habet quidem plurima incommoda legum mutatione, si cum levitate, aut imprudenter conjuncta sit, non per necessitatem quasi extorta. Quamobrem, ut docet S. Thomas i. 2. quaest. 97. art. 2. non statim, ut se melius aliquid offert, quam quod à lege intendebatur, immutanda est, sed opus est, ut hanc mutationem aut maxima necessitas postuleret, aut evidentissima utilitas. Verum, quæ ratio est, ut, quod ad bonum publicum institutum est, si perniciolum evadat, etiam contra bonum publicum retineatur.

133. Hincmarus Archiepiscopus Rhemensis antiquæ disciplinæ acerrimus propagator, & in defendendis Gallicanis libertatibus, à pietatis scriptoribus exemplum adductus, est absque necessitate mutari non debere, quæ semel in concilij statuta, vel iudicata sunt, opusculo sic inscripto, contendat, difficeri tamen non potest, quin occurrente necessitate, mutatione opus sit, quod quamplurimorum Summorum Pontificum testimonij ibidem confirmat. Inter alia refert ex epistola 95. Leonis I. quæ est ad Rusticum verba frequentia : *Sicut quedam sunt, quæ nullæ possunt ratione convelli, ita multa sunt, quæ aut pro consideratione atatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari.*

134. Egregie admodum explicit Summi Pontificis in temperandis Canonibus autoritatem Gelasius I in ea epistola, quæ est ad Episcopos per Lucaniam, & Brutios, & Siciliam constitutos cap. 1. Necessaria rerum dispensatione constringimur, & Apostolicæ Sedis moderamine convenimus, sic Canorum paternorum Decreta librare, & recte Præfulum, Decessorumque nostrorum præcepta metiri, ut, quæ praesentium necessitas temporum restaurandis Ecclesiæ relaxanda deposita, adhibita consideratione diligenter, quantum potest fieri, temperemus ; quod nec in totum formam reverent videtur excedere regularum, & reparandis militia Clericalis officiis consulamus. Et cap. 2. Prisca igitur ore sui reverentia manentibus Constitutis, quæ, ubi nulla, vel rerum, vel temporum perurget angustia, regulariter convenient custodi, etenim Ecclesiæ, que vel cunctis sunt privatae ministeria, vel sufficiuntibus usque ad eadem dispoliatæ servitj, ut plebus ad se pertinentibus Divina munera supplerem non valeant, tam instituendi, quam promovendi Clericalis obsequij, sic spatia dispensanda concedimus, ut si quis, &c.

135. Quocirca cùm omnia, quæ in condendis antiquis legibus intercesserunt, ad substitutas novas, contentiunt, scilicet authoritas Conditoris, utilitas subditi, facultas parenti, aliaque conditiones, cur robore carebit, quod de novo præcipietur? Quicunque igitur Decreta omnia, quæ nova sunt, solius novitatis obtentu repudiaret, non solum ini quis esset, sed & despere videretur. Sane qui Ecclesiam non eandem hodie credit el-

se, quæ Apostolorum temporibus existit, aut eadem autoritate prædictam negat, vel eodem spiritu gubernatam, cum Luthero, & Calvinus inter haereticos censendus est. Numquid enim potestis à Christo Ecclesia collata certis temporum spatiis definita est? Numquid se cum Ecclesia usque ad consummationem sæculi futurum non pollicitus est? Numquid hominum mores, quibus, ut diximus, accommodandæ sunt leges, varijs mutationibus non subiecti? Numquid quod hominibus certo modo affectis prodest, illi non obest contrario modo dispositis? Itaque qui manus Ecclesiæ ligare contendere, ne medicamentis contrariis filiorum suorum morbos, novis legibus novos abusus curaret, is tanquam Reipublicæ Christianæ hostis habendus esset.

Nec inconstans accusanda est Ecclesia, cùm propter evidenter necessitatem, ut maximam utilitatem, abrogatis prioribus canonicis, novos condit; haec enim mutatio non in Ecclesia fit, sed in hominibus Ecclesiæ subditis. Nam & Deus ipse, a quo Ecclesia omni tempore regitur, licet immutabilis sit, leges mutavit, Novumque Testam̄tum Veteri substituit. Idem semper est finis, sed media non semper eadem, quia homines non in eodem semper statu permanent.

Hanc, exigente necessitate, posse mutationem fieri, sanus nemo diffitebitur; sed causas est, de illa necessitate decernere, scilicet utrum innovandum sit aliquid, dijudicare. Hic est unicus, aut præcipuus controvèrsum de libertatibus Ecclesiæ Gallicanae, prout communiter describuntur, cardo diligenter inspicendus.

## DISQUISITIO IX.

*Quanta sit Romani Pontificis auctoritas in Patriarchalia, & Archiepiscopalia, & consequenter Episcopalia jura?*

### S. I.

Ex horum quoque descriptione patet, quæ est vel ampliatio, vel coactio libertatis à Gallicana Ecclesia erga Pontificem auctoritatem prætentæ. In quem finem opportune præmittitur distinctio, ac distinctione dignitatum Ecclesiasticarum ab Auctore tractatus de libertatibus Ecclesiæ Gallicane id. i. cap. 2. verbis sequentibus eleganter exposta. Nempe Christus ascensurus in calum, predicare, baptizare, & docere per universum mundum omnibus Apostolis præcepit his verbis Matt. ult. Data est mihi omnis potestatio a deo, & intera. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, docentes eos servare omnia, quæcumque mandavi vobis. Verum quamvis quilibet Apostolus posset in qualibet mundi parte ea omnia efficere: tamen ex communione Conclu-

## De Apost. erga SS. Canones potestate. 527

su, & ex sancti Spiritus instinctu diviserunt sibi orbis terrarum provincias, ac in quam quisque prefecturus esset, decreverunt, ut sic ordo servaretur, & facilius adimpleretur Psalmista vaticinum. In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum, Psal. 18.

2. Joannes Gersonius ita factam suspicatur inter ipsos etiam Apostolos divisionem, ut non posset quilibet in quemlibet utriusque potestate, sed tantum in assignatam sibi provinciam, ut jam tunc Monarchicum regnum exerceretur. Et forte, inquit Gersonius de potestate Ecclesiastica confidit, quod usum, vel exercitum potestatis Ecclesiasticae sic evenit ipsis etiam Apostolis, & discipulis, quod post immediatam concessionem utriusque scilicet potestatis, & usus, factam a Christo, postmodum crescente numero fidelium, sicut ad tollendum schisma, & ad exemplar dandum posteris. Limitatio facta talis potestatis quoad usum, & hoc per Petrum summum Pontificem de consensu totius Ecclesie primitivae, vel generalis Concilii, ut non quilibet posset in quemlibet utriusque potestate sua, auctoritate Christi ordinatione primaria, quae voluit, Ecclesiam suam regi principaliter sub uno, & ab uno Monarcha, sicut est una fides, unum Baptisma, & una Ecclesia unitate Capitis tam primarij, quam Vicarij, quoniam iste est optimus Principatus praesertim in spiritualibus ad conservationem unitatis fidei, ad quam obligantur omnes. Non tamen adeo scrupulosè observata videatur ab ipsis Apostolis illa provinciarum distinctio, ut si qua fere offerret occasio, non susciperetur ab uno curia illorum, qui videbantur ad alterum pertinere, dummodum nulla hinc ostiret perturbatio. Itaque Paulus postmodum convertendis principiis Gentibus, destinatus, circa Iudeos plurimum laboravit, similiter & Petrus, qui Iudeorum peculiarem sibi curam assumperat, prædicavit etiam Gentibus, atque apud eas Primatus sui Cathedram constituit.

Quoniam autem Apostolis nec ubique adesse, nec semper vivere datum fuerat, necesse fuit, ut potestatem suam cum alijs comunicarent, qui Apostolica munia, defunctis illis, aut absentibus, obirent: Hujus rei gratia, inquit Paulus ad Tit. 1. reliqui te Creta, ut ea, quae desunt, corrigas, & constituas per civitates Presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Sed quia in Apostolis plenissima, & unita fuit, inter altos est divisa pro Apostolorum arbitrio, a quibus alij uni tantum civitati præpositi sunt, alij pluribus; alij plebi tantum, alij etiam Pastoribus; unde orta creditur Patriarcharum, Exarchorum, Primate, Metropolitanorum, & Episcoporum varietas: quae eò pertinet, ut ordinatè cuncta in Ecclesia gerantur, quemadmodum de divisione inter Apostolos ipsos facta notavit Gersonius.

4. Limitatam ab Apostolis Episcoporum jurisdictionem fuisse colligunt ex illis B. Pauli ad Titum verbis S. Joannes Chrysostomus ejusque interpretationum fecit Theophylactus, ista sunt S. Chrysostomi verba homilia in Epist. ad Titum. Et constitueres, inquit, per

civitates Presbyteros. Episcopos hic intelligi vult, quemadmodum alias sapienter diximus: ut ego tibi constitui, si quis est sine crimen. Per civitates inquit. Neque enim profecto volebat Insulam totam uni viro permitti; sed unicuique propriam, cu- ram, ac solitudinem indicet.

Mirabilem illum variorum graduum Ecclesiasticorum ordinem elegansissime describit S. Leo Epist. 84. cap. ult. Esi dignitas sit communis, non est tamen ordo generalis: quoniam & inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quadam discrecio potestatis, & cum omnium par est electio, uni tamen datum est, ut exercitio preminet, de qua forma Episcoporum orts est distinctio, & magna ordinatione provisum est, ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia: & iuris quidam in majoribus urbibus constituti, solitudinem susciperent amplorem, per quos ad unam Petri Sedem universalis Ecclesie cura confluenter, & nihil usquam à suo Capite disideret.

Epis. 89. docet, non solum Ecclesie curam per varios gradus ad B. Petrum tanquam ad Caput reduci: sed & ab illo Capite per Dei dona in omne corpus Ecclesie manare; Hujus, inquit, munera sacramentum ita Deus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro Apostolorum omnium Summo principaliter collocari: & ab ipso quasi quodam Capite, dona sua velit in corpus omne manare, ut exortem se mysterij intelligere esse Divini, qui ausus fuisset a Petro soliditate recedere. Locum hunc clarè interpretatus videtur Mauclerus 2. p. lib. 2. cap. 15. S. Petrus a Christo Domino tanquam Vicarius eius, ac Princeps totius Ecclesiastici Corporis, & orbis, solus potestatis juridica claves accepit; ut in persona totius Ecclesie, id est, omnium Pastorum, & Praelatorum Ecclesiasticorum, ut, quidquid jurisdictionis Ecclesiasticae à quocumque Pastore exerceretur, id totum S. Petro supremo Ecclesie Principi, ac visibili Capiti acceptum referretur, ab ejusque autoritate in totum corpus Christi Domini, quod est Ecclesia, visibile discederetur. Vide S. Bonaventuram cap. 12. referendum.

Non existant quidem antiqua monumenta, quibus doceamus, quoniam tempore, aut quoniam modo fuerit facta prima distributio Dioceseon, aut Provinciarum Operariis Evangelicis, qui converterendis ad fidem, aut jam conversis plebis praefecti sunt. Ordinem tamen a B. Petro obseruatorum eum fuisse, quem secuti sunt ejus successores, vel illi simillimi, prudens quicunque sibi facile suadebit. Eximium ejus exstat exemplum in lib. 12. Epist. 15. S. Gregorij Magni, qui colapsam in Anglia Religionem, cum per S. Augustinum illuc missum restituisset, regendi populi fidelis formam prescripsit, & varia officia instituens, unicuique suam contulit authoritatem, ut scilicet S. Augustinus carceris omnibus praesesseret; Archiepiscopus Londoniensis duodecim sub se haberet Episcopos; Episcopus Eboracensis totidem, si modò tum ab illa civitate, tum à circumvicinis fides suscipieretur, ac numerum illum Praetorium,

numeris fidelium exigeret. Nec praesenti tantum necessitati occurrit; sed & futurum regimen disposuit, puta Londonensem Archiepiscopum à Synodo propria consecrando, Eboracensem Londoniensi non cessatum, sed priorem fore, qui prius fuisse ordinatus: communis utriusque consilio generalia illius Christianitatis negotia gerenda. Ut autem nunquam non meminissent, à quo fonte profluxisset illorum authoritas, voluit, ut uterque à Sede Apostolica pallium acciperet.

8. Aliud habetur exemplum in Capitulari Gregorii II. art. 3 ubi Martiniano Episcopo, Georgio Presbytero, &c. in Bavariam missis ita praecepit: *Vt confederatis locorum spatij, juxta gubernationem uniuscujusque Ducis Episcopia disponatis, & subjacentia singulis Sedibus terminetis. Et si tres, aut quatuor, vel majoris numeri visa fuerint constituta Sedes, reservato principate Sedis loco pro Archiepiscopo reseedendo, adhibito trium Episcoporum conventu, probabiles fide, ac honestimonia, & eruditus sanâ doctrinâ viros eruditos Antistites ex autoritate B. Petri Apostoli, & in subsequentis vigoris traditâ dispensatione locis eis traditis collocantes. Quibus præluppositis, sequentia in rem praesentem videntur discutienda. Primum est. Qualiter dignitas & authoritas Ecclesiarum Patriarchalium à B. Petro, ejusque Successoribus orta sit? Secundum, Qualiter Primates, & Metropolitani in Gallia præsertim, suam à Summo Pontifice auctoritatem traxerint?*

### §. II.

Ecclesiarum Patriarchalium dignitas & authoritas ostenditur orta fuisse à B. Petro, ejusque Successoriibus cum debita ac perpetua ab his dependentia.

### ARGUMENTUM I.

Desumptum ex Actis primævæ Ecclesiæ, inquit ipsius Christi Domini, deducit ab authore tract. de libert. Eccles. Gallic. lib. 8. cap. 3.

9. Nam Christum, antequam ex hoc mundo proficeretur, nullam Parochiarū, Diœceſion, Provinciarū, Exarchatuum, vel Patriarchatuum distinctionem constituisse, ex tota Evangelij erie colligitur, præfatum ex verbis illis, qui in cœlum profecturus ad Apostolos habuit Matth. ult. *Euntes docete omnes gentes, quæ indistinctam, & illimitatam missionem continent; licet forte Apostolis formam præscriperit, juxta quam disponendi essent Pastorum gradus & officia, quod cuncta Iuavius administrarentur & utilius, esset que Ecclesia hostibus suis terribilis ut castorum acies ordinata. Amplissima erat potestas omnium Apostolorum, prout exigebat pro illo tempore recum status, cum nimis tam regenda, quam efformanda erat Ecclesia. Tunc enim dispergendi erant per to-*

tum orbem Pastores, qui oves undique ad Christi caulam adducerent; Piscatores, qui collectis undique piscibus, Ecclesia sagenam implerent; venatores, qui ubique venantes, viventem prædam in domum Dei reportarent.

Verum cùm maxima extitit fidelium copia, constituenda fuit totius regimini Ecclesiastici forma. Quamobrem licet in exercitu Imperator seu Dux unicuique Officiali præservit primario, suas partes, suumque munus assignat, inquit & dignitatem tribuit, nisi jam id a Principe præstitum fuerit: ita B. Petrus, quem suum in terris Vicarium & supremum omnium fidelium Pastorem Christus creaverat, varias dignitates Ecclesiasticas, & officia instituit, secundum formam à Christo acceptam, vel à Spiritu sancto suggestam, ultra ea, quæ per se Salvator ipse ordinaret.

Itaque Sedem suam in Ecclesia Romana designens, eam ceterarum omnium Matrem, ac Magistrum esse voluit, eique ultra reliquum communem solicitudinem specialementem servavit Occidentalium curam. Alexandrinam & Antiochenam ad Patriarchalem dignitatem evexit, plurimarum eis Provinclarum præfecturam committens. Et ergo, inquit Gelatius I. in Concilio Romano anno 494, *prima Petri Apostoli Sedes Romana Ecclesia, non habens maculam, neque rugam, nec aliquid iusmodi. Secunda autem Sedes apud Alexandriam B. Petri nomine à Marco ejus Discipulo & Evangelista consecrata est, ipsèque à Petro apostolo in Egyptum directus verbanus veritatis predicatorum & gloriosum consummavit martyrium. Tertia vero Sedes apud Antiochiam ejusdem beatissimi Petri nomine habet honorabilis, eò quid illa, prout quā Romam venisset, habitavit, & illuc prouo nomen novelle genit exortum est. Baronous, & alii putant hanc ad verbum desumptam ex illo antiquiori Concilio habito sub Damasco anno 382. Similia etiam habet Nicolaus L. in seipso, ad consulta Bulgarorum cap. 92.*

### ARGUMENTUM II.

Ex attestacionibus sanctorum Summorum Pontificum, peritum à præsitu  
Authore à n. 4.

Illi namque Ecclesiarum fundationem & exaltationem S. Petro luculentius adicit S. Gregorius lib. 6. Epist. 37, quæ est ad Eulogium Episcopum Alexandrinum: *Qui enim inquit, nesciat sanctam Ecclesiam apostolorum Principis soliditate firmatam, qui firmatatem mentis traxit in nomine, ut Petrus à Peccato vocaretur? cui veritatis voce dicitur: Tibi dabo claves regni celorum; cui rursum dicitur: Et in aliquo conversus confirma fratres tuos: Itenique Simon Ioannis amas me? Pascere oves meas. Itaque cùm multi sint Apostoli, pro ipso tamen Principatu sola Apostolorum Principis Sedes in auctoritatem convaluit. Ipse enim sublimavit Sedem, in qua etiam quiescere, & præsentem vitam finire dignatus est. Ipse decoravit Sedem, in qua Evangelium*

# De Apost. erga SS. Canones potestate. 529

listam Discipulum misit. Ipse firmavit Sedem, in qua septem annis quamvis discessus sedit.

Licet autem majorum urbium Episcopis saepe in plures alios tributa sit authoritas, quia commodior erat ad illos recursus, ob frequentia negotia, quae illuc ex circumiacentibus provinciis Praesules evocabantur: tamen non a civili urbium excellentia, sed a S. Petri auctoritate praestantiam suam consecutas esse illas Ecclesiastis, affirmat sanctus Innocentius<sup>1.</sup> epist. 18. quae est ad Alexandrum Episcopum Antiochensem cap. 1. ubi de Antiochena Ecclesia loquens; Advertisimus, inquit, non tam pro civitatis magnificientia hoc eidem attributum, quam quod prima Primi Apostoli Sedes esse monstratur, ubi & nomen accepit Religio Christiana, que conventum Apostolorum apud se fieri celebratum meruit, quaeque urbis Romae Sedi non cederet, nisi, quod illa in transitu meruit, suscepit ista apud se, consummatumque gauderet.

Ridet S. Gelasius I. epist. 13. quae est ad Episcopos Dardaniam, illos, qui Ecclesiarum prærogativam ab urbium politica dignitate repertunt; Risimus autem, quod prærogativam volunt. Acacio comparari, quis Episcopus fuerit Regis civitatis? Numquid apud Ravennam, apud Mediolanum, Sirmium, apud Treviros multis temporibus non constitit Imperator? Nunquid nam baroni urbium sacerdotes ultra mensuram fibimet antiquitatem deputata, quidpiam suis dignitatibus usurparunt?

## ARGUMENTUM III.

Ex varijs authoritatibus à präfato Auhore n. 7. & 8. deductis.

15. **E**TENIM Hincmarus Archiepiscopus Rhenensis in Opus. 55. Capitulorum cap. 16. Ecclesiarum Patriarchalium dignitatem ad B. Petrum referendam multifariam ostendit; Sedes Ecclesiarum, inquit, scilicet Romana, Alexandria, atque Antiochena, idcirco specialiter legimus, Sedes dici, cum plurimæ Sedes, & Apoflorum, sicut Iacobi Hierosolymæ, & Ioannis apud Ephesum, in qua sedis & Timotheus B. Pauli Discipulus, & multa alia principalium Civitatum, quoniam Sedes sunt, quin potius, licet disparentur longinquitate terrarum, una Sedes sunt magni Petri Apoflorum Principis, &c.

16. Beatus Petrus Damiani lib. 2. epist. 16. propria fisi difficultate circa Ecclesiarum excellentiam, quod scilicet Hierosolymitana cæteris præferenda videatur, quod Hierosolymis perfectum est Redemptionis mysterium, respondebat, Ecclesiarum dignitatem non Christi, qui omnibus præsidet, excellentiam; sed Petri privilegio esse metiendam; Quoniam Hierosolymis passus est Dominus, universis Ecclesijs non Romana, sed Hierosolymitana positis præesse debet Ecclesia. Verumtamen cum ex auctoritate Canonum, Romana Ecclesia primum teneat locum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Constantinopolitana quartum, Hierosolymitana jam quintum; constat, Dominum Salvatorem non unicilibet Cathedra specialijs præesse, sed cunctis unum Pastorem uni-

versaliter præsidere. Liqueat ergo, Ecclesiarum ordinem esse dispositum juxta privilegium Petri, non secundum incomparabilem excellentiam Redemptoris. Quod ait Petrus Damiani, ex auctoritate Canonum Romanam Ecclesiam primum tenere locum, non ita accipiendum est, quasi Canones hanc illi Ecclesie prærogativam contulerint, sed tantum, quod illi collatam fuisse, declaraverint. Itaque sensisse illum, dubitare non sinunt alia eius verba, præsertim Opus. 5. cap. 1. ubi mirum in modum Ecclesie Romanæ dignitatem, & auctoritatem explicat; Romanam, inquit, Ecclesiam solus ipse fundavit, & super Petram fideli mox nascens erexit, qui B. Petro æternæ vite clavigero, terreni simul & caelestis Imperij jura commisit, &c.

## ARGUMENTUM IV.

Prioris continuativum ex dicto Authoris n. 9.

17. Cum enim ejusdem sit, concedere, ac in concessorum possessione confirmare; si quando ambitione Ecclesias privilegijs à B. Petro concessis spoliari tentavit, earum tutitionem pro virili suscepit ejus successores. Ita cum Anatolius Episcopus Constantinopolitanus, accepta occasione depositionis Diocori Alexandrinii in Synodo Chalcedonensi facte, nec non destitutio Domini Antiocheni à larcinio Ephesino tentata, & à S. Leone perfecta, utriusque illius Ecclesie iura invadere molitur, & à Concilio Chalcedonensi usurpationem suam probandam curâset, obstat ei validissime S. Leo, ut ex multis patet ejus epistolis, præsertim ex 46. cap. 5. ubi haec inter alia leguntur; Nihil Alexandriae Sedis ejus, quam per S. Marcum Evangelistam B. Petri Discipulum meruit, pereat dignitas; nec Diocoro impietas sua pertinacia corruente, splendor tanta Ecclesie tenebris obsecetur alienis. Antiochena quoque Ecclesia, in qua primum, prædicante Apostolo Petro, Christianum nomen exortum est, in paternæ constitutionis ordine perseveret, & in gradu tertio collocata, nunquam se fiat inferior. Aliud enim sunt Sedes, aliud Presidents. Quia vero Episcopi Concilij Chalcedonensis sanctæ Sedis Legatis tum absentibus, ac postea reclamantibus, Patriarchalem dignitatem prædicto Anatolio detulerant, eorum Decretum, seu Canonem cassavit S. Leo, ut patet ex ejus epistola 55. quae est ad Pulcheri Augusti cap. 3. Confessiones vero, inquit, Episcoporum sanctorum Canonum apud Nicam conditorum regulis repugnantes, unita nobiscum vestre fidei pietate, in irritum mittimus, & per auctoritatem B. Petri Apostoli, generali prorsus destructione cassamus.

18. Nec inanem fuisse illius Pontificis conatum in comprimenta Episcoporum Constantinopolitanorum ambitione, testantur ejus litteræ tum ad Anatolium, tum ad Marciandum Imperatorem. Ad illum sic scribit in epist. 71. cap. 3. Illam autem culpam, quam de augenda potestate, alienam (ut afferis) adhortatione

tatione contrarerat, efficacius ac sincerius, tua charitas diluisset, si quod tentari sine tua voluntate non potuit, non ad sola Clericorum consilia transculisset. Quia sicut in mala sua fatione delinqutitur, ita & in mala consensione peccatur; sed gratum mihi, frater charissime, est quod dilectio tua id proficitur sibi desplicere, quod sum etiam placere non debuit, &c. Epistola vero 19. Marciatum dignitatem Patriarchalis Episcopo Constantinopolitano delata abrogatione acqueivisse, averte insinuat his verbis: *Mihi autem multum fiducia, Deo per vos operante, collatum est, quod probasse vos observantiam meam de custodia Canonum paternorum, pietatis vestre affabibus indicatis. Et merito gaudium gaudium meum, cum vobis religiosissime placere cognosco, ut & Fides Nicena suam tenet firmatatem, & privilegia Ecclesiastria illa permaneant.*

19. Idem confirmat Gelasio epistola 13, quae est ad Episcopos Dardanorum Audiant, inquit, *Marcianum, sanctam memorie Papam Leonem summis laudibus prolectum; quod Canonum regulas violat, non sunt ratione perpessus. Audiant Anatolium Clerum Constantinopolitanum potius, quam te, talia tentasse consistentem, atque in Apostolici Presulatus torum dicuntem positum potestate Anatoli Epistola ad S. Leonem edita est in collectione Romana Lucæ Holstenij in secunda sectione Synodi Romana sub B. nifacio secundo num. 22. In ea & se excusat Anatolius, & S. Leonis potellatem agnoscit. Quae Constantinopolitanae gratia sedis lancita sunt, inquit, in Chalcedonensi nuper universalis Synodo, pro certo Beaudo vestra hoc habeat, nullam esse culpam in me. Et infra; Cum & sic gestorum visionis, & confirmatio autoritati vestra Benedictus fuerit relevata.*

20. Acacio similiter eadem de causa obstatit Gelasio, ut videatur est in eius epistola 13. *Supradicata, que est ad Episcopos Dardanorum; nec minorem a subiungunt diligenter tibique quaequentes Pontifices in conservandam Patriarchalium Ecclesiastrium privilegijs. Idcirco Diocletius Diaconus, ut ipse scribit ad Hormisdani Papam in epistola, cuius ex parte post 6. predicti Hormida, impeditus quo minus Paulus Presbyte Constantinopolitana Ecclesia in Patriarcham Antiochenum electus, ordinaretur Constantinopoli, ne adversus Ecclesiam Antiochenam haec ordinaretur, tanquam praedictum opponi aliquando posset. Hinc, inquit Diocletius, et si post labores, et si post intentiones plures Antiochenam Ecclesia ordinata est, electus est quidam Paulus nomine Presbyter Constantinopolitana Ecclesia, quem huic honoris apertissimum Imperatoris etiam monito comprobatum voluerunt, & tentaverunt hic ordinare. Ego iussionis vestra non immemor contradixi dicens: Jussit D. noster Beatus Papa secundum antiquam consuetudinem ibi (tertice Antiochiae) eum Episcopum ordinari. Hoc obtinuit, quod praceperatis.*


21. Leo Papa IX. epistola 5. quae est ad Petrum Episcopum Antiochenum, suam ei opera pollicetur ad tuenda Patriarchalia jura Ecclesia Antiochenae. *Pro cuius (B. Petri) excellentiatiam a Romana Ecclesia dignitatem reli-*

*net Antiochenae, quam te defendere summoz monemus, non tue gloria causam, sed pro Stedi, eis ad tempus praesides, ant quod honorificentur. Nec revocari ab hac intentione cuiuslibet possit, vel arrogantiæ, qui constanter defendat honorum, quem Antiochenæ Ecclesia reliquerunt omnia in. Ædoru Patrium Concilia. Ad quodunque, si posuerit. Maxima Mater, Romana fidelis, aqua Prima Sedes, tam dilecta sibi filia, und' corona, non quam derit, quis quoddam conarimur ea. traham dignitatem Antiochenæ Ecclesia, audiuimus. Epistola 6. corripit Michaeli Archiepiscoporum Constantinopolitanum, quod Patriarchas Alexandrinum & Antiochenam lux potius subjecere conatur.*

### CONCLUSIO.

*N*ullus Ecclesia sancta Presul pre. 13  
formaliter & actu jurisdictionem sum. diale à Christo, vel ex jure Drang, sed quæcumque five Patriarcharum, five Primatum, five Archiepiscoporum, & Metropolitanorum, Episcoporumque prerogativa (extra potentiam Ordinis, & huic connatam, radicalem duntaxat jurisdictionis potentiam) sunt ex concessione Summi Pontificis.

*Explicatur. Nam pro Episcopis videtur quidem stare Christi Domini verba scilicet, 12. dicentes ad Apostolos: Quæcumque aliq[ue]ntis super terram, erunt ligata & incato. & q[ui]cunq[ue] solvere super terram, erunt soluta & a celo. Nam ita verba vel intelligi possunt de Apostolis, coramque adeo succelloribus Episcopis celestis iunctis, quatenus nomine, id est, vicaria authoritate Christi, congregati in Concilio Oecumenico, representant Ecclesiam universalem, velut erint ex contextu antecedente, quam consequent. Vel intelligi possunt illa verba de Apostolico sigillatim spectatis, quo modo iudeata & universalis ad ligandum, & solvendum potestas illis promissa fuit, quæ postmodum & alioquin eisdem tradita est, quando Iesu Christus iisdem Apostolis dixit: *Sicut misericordia mea erat, et ego misericordia eam habeo, et ego misericordia eam habeo.* Cujusmodi potestinde missio, cum potestate prius promissa, atque ex tunc actualiter concessa transire videtur etiam ad Episcopos Apostolorum successores. At eoipli, quod i la Christi Domini verba sint connexa cum institutione mox subsecuta, sub qua iterum dixit: *Accipite spiritum sanctum, sub quibus verbis perficiatur consecratio Episcopalis: videtur hinc se vincere, potestatem sic traditam habere quodammodo, non iurisdictionis formalis, sed radicalis duntaxat.**



# De Apost. erga SS. Canones potestate. 53

## PROBATIO I.

Desumpta ex potestatis Ordinis sacerdotalis comparatione ad potestatem *actualis* jurisdictionis pro absolutione peccatorum necessaria.

**N**am sub præallegato sacro contextu collata eriam fuit Apostolis potestas remittendi ac retinendi peccata, quæ in Presbyteratus Ordine confertur universis Sacerdotibus, & tamen præter hanc potestatem ex Ordine Sacerdotij subsistente, ad valorem Sacramenti pœnitentiae in Sacerdote adhuc requiritur concessio *actualis* jurisdictionis. Sicut ergo per traditionem hujus à peccatis absolutionis potestatis non conceditur *actualis* & *formalis*, sed *radicalis* duntaxat & habitualis jurisdictione, in actum reducenda, ex hoc, quod aliqui de universitate fidelium pro tali conscientia foro per Ecclesias autoritatem ipsi subjiciantur: sic ex potestate Ordinis inest quidem Episcopo habilitas omnimoda jurisdictionis super eos Christi fideles, quos sibi per sanctæ Ecclesiæ claves subjici contigerit: nihilominus ut hæc subiectio non stat ex preciâ potestate Ordinis, sic ejusdem correlativa jurisdictione *formalis* & *actualis* nullatenus subsistit ex præciso illo jure Divino, præfatis Christi Domini verbis sancto, formaliter spectante ad Sacramentum Ordinis, sed supervenire oportet, designationem subditorum cum Diœcesi per Summum Pontificem, ex authoritate quidem in se immediate à Christo derivata, sed hæc mediante duntaxat, in Episcopos traducendâ.

Probatur hoc assumpsum. Nam licet ipse Christus ascensus in cælum, Apostolis designarit subditos, unâ cum universo orbe, erga quos potestatem sibi priùs traditam exercenter, atque adeo idem Dominus præfatis Apostolis *actualem* concederit pro toto orbe jurisdictionem, Matthæi ultim. dicendo: *Euntes docete omnes gentes.* Nihilominus dicere haudquam licet, hanc subditorum, ac territorij universalis designationem, atque adeo in toto orbe jurisdictionem *actualem* ex Apostolis transiisse in Episcopos, quos proinde, nefas est, dicere, Apostolorum quoad hanc successores, sed quoad Ordinis duntaxat, & radicalis seu habitualis ligandi & solvendi potestatem seu jurisdictionem succedere. Apostolis, dicendum est. Ipse enim Paulus Apostolus 2. ad Corin. 5. dicendo, le Apostolorum legatione fungi pro Christo, videtur insinuâsse, talem potestatem Apostolicam Occumenicæ jurisdictionis à Christo *actualiter* collata, non fuisse per modum juris in successores transferibilis, sed personalem esse, ad precisas Apostolorum personas restitutam, adiungulante Ecclesia universæ consensu, per quem nefas esset dicere, ullum præter successorem Petri, Romanum scilicet Pontificem, potiri Apostolicâ totum orbe resipiente autoritatem. Quandoquidem igitur in Episcopis jus succedendi in Apostolorum potestate sit restrictum ad potestatem

Ordinis, & *Iurisdictionis radicalis* duntaxat seu habitualis, in ipso ejus Ordinis charaktere consistentis, absolutè negandum est, jurisdictionem formalem & actualem in Episcopis esse juris Divini, à Christo immediatè, sed mediane duntaxat Summi Pontificis autoritate, concessam.

Et hinc quia non tantum hujus jurisdictionis exercitium, sicut in Apolitois erat Petri Occumenicæ authoritati subordinatum, sed ejusdem quoque collatio *actualis* & *formalis* dependet à Summo Pontifice, idcirco in hujus potestate est, illam vel extendere, vel coarctare, sibiique reservare, prout in Iure quam plures extant ejusmodi reservationes. Et ideo communis illi adagio, *Quidquid Papa potest in universo orbe, potest Episcopus in sua Diœcesi;* non est absolute locus, sed cum restrictione Papæ arbitrio subjecta.

## PROBATIO II.

Petita ex Summorum Pontificum erga Patriarchas reservationibus factis in signum superioritatis, ac deductis à p̄fato  
Authore tract. de libert. Eccles. Gall.  
cit. lib. 8. cap. 3. à n. 14.

**N**Excederet è memoria Episcoporum, unde suam mutuati fuissent dignitatè, reservata sunt nonnulla Summo Pontifici in signum superioritatis. Varia enim sunt in historijs Ecclesiasticis exempla petitæ Patriarcharum confirmationis à sancta Sede. Quædam affert D. Petrus de Marca lib. 6. cap. 5. §. 2. ex Epistolis S. Leonis, & S. Simplicij: sed illa communionis Ecclesiasticæ signa, non veras confirmationes esse vult. Verum ipse textus contrarium suaderet. Etenim in epist. 44. S. Leonis plurima sunt, quæ authoritatem Summi Pontificis declarant. Ut, ista cap. 2. cum secundum usus consecrationis ( Anatolij Episcopi Constantinopolitanij, qui Patriarchatum ambiebat, nondum tamen adeptus erat ) autores ejus initia tribuerant, benigniores circa ipsum, quam iustiores esse voluntus. Et illa cap. 3. satis sit, quod prædicto vestre pietatis auxilio, & mei favoris assensu Episcopatum tanta urbis obtinuit ( Anatolius ) Non dedignetur Regiam civitatem, quam Apostolicam non potest facere Sedem. Et in epistola sequenti, quæ est ad Pulcheriam Augustam cap. 2. Frater & Coepiscopus meus Anatolius parum considerans, quanto pietatis vestre beneficio, & mei favoris assensu Constantinopolitanæ Ecclesiæ Sacerdotium fuerit consecratus, non tam de acceptis gavissus, quam de immodice appetendis supra mensuram sui honoris accessus est.

In epistola autem 17. S. Simplicij, quæ est ad Acacium, clarius exprimitur confirmatio; Nuper ab Egyptiæ synodo, quæ & numero plurima, & fidei Catholicæ est communione suffulta, atque ab ipso emni propinquum Clero Alexandrinae Sedis ad nos ex more relatio missa patet, sanctæ memoriae fratrem quemdam ( vel quondam ) Coepiscoporum nostrum obiisse Timotheum, inque ejus vice consona fidelium voluntate Ioannem, cui ad Sacerdotium constare crederetur

XXXI

*tur omnia, fabrogatum, ut nihil omnino restare videatur, nisi in Deo nostro gratias agentibus Nobis atque gaudientibus, sine strepitu, quod Catholicus in defuncti ministerium successisset. Ante, Apostolica quoque moderationis assensu votivam sumeret firmatatem, &c. Hoc igitur, quod restabat, erat necessarium ad firmitatem electionis, scilicet Apostolica moderationis assensu.*

**28.** *Prætermitto ordinationes authoritate Summorum Pontificum in Patriarchalibus Sediibus factas, vel suspensas, & alia subjectionis signa. Istud tantum addo, in quo exhibetur velut typus Constitutionis Patriarchalium Dignitatum. Quando in Generali Concilio Lateranensi sub Innocentio III. facta est unio Graecorum cum Ecclesia Latina, quæ occasio postulabat, ut Graci a Latinis humanissime haberentur, non alterius confirmata est Patriarcharum dignitas, quam adiecta conditione de reificatione superioritatis Romanae Sedis, ut haber cap. 5. illius Concilij Decretorum, cujus sunt hæc verba; Antiqua Patriarchalium Sedium privilegia renovantes, sacra universali Synodo approbante, sancimus, ut post Romanam Ecclesiam, que disponebat Domino, super omnes alias ordinariæ potestatis obtineret Principatum, ut pote mater universorum Christi fidelium, & Magistrorum Constantiopolitanae priuilegia, Alexandrina secundum, Antiochenia tertium, Hierosolymitana quartum locum obtineant, servata cui libet propriæ Dignitate, ita quod postquam eorum Antifines a Romano Pontifice receperint pallium, quod est plenitudinis officij Pontificalis insigne, præstito sibi fidelitatis & obedientiae juramento, licenter & ipsi suis Suffraganeis pallium largiantur, recipientes pro se professionem canoniam, & pro Romana Ecclesia sponsionem obedientie ab eisdem.*

## ¶. III.

Primatum & Metropolitanorum dignitas in Gallia prætermit ostenditur orta fuisse a Romano Pontifice cum perpetua & debita ab hisce dependentia.

**29.** *A*uthor saepe nominati tract. de libert. Ecclesiæ Gallicane lib. 8. cap. 5. hæc de re ita differt. P. ipates illos, qui olim in varijs Gallia patribus a Romano Pontifice ad vitam duxerat constituebantur, suam ab eo iurisdictionem habuisse, nemo dubitabit, qui constitutionis formam attenderit. Nam vicariâ tantum auctoritate pollebant, ut expellere docent Summorum Pontificum epistola, quibus illa concedebatur. Sic S. Remigius à Papa Honorio, vel ut alij volunt, à Symmacho in Regno Clodovei recente ad fidem conversi, sic Arelate Cæliarius à Symmacho; Auxanius & Aurelianus à Vigilio; Sagaudius à Pelagio I. Virgilius à Gregorio Magno, sic alij ab alijs in Gallia constituti sunt Vicarii Apostolici, & S. Bonifacius in tote Regno à Zacharia, ut ex Sommorum illorum Pontificum epistolis constat. Ubi autem primatus non personæ, sed Sedi, sive personæ pro successoribus datus est, ut Archiepiscopo Lugdu-

nensi in quatuor Provincias: Lugdunensis; quæ sunt Lugdunensis propriæ dicta, Rothomagensis, Turonensis, & Senonensis, non ideo minus debetur hæc Dignitas sanctæ Sedis auctoritati, quia cum ampliori favore consensu fuit.

**A R G U M E N T U M I.**  
Quo ostenditur omnimodæ dignitas sive Patriarchalis, sive Metropolitanæ Ecclesiastice derivatio facta ex plenaria Sede Sedis Apostolica.

Precitatus Author dicit cap. 5. n. 2. demon. Strat hoc ex sequentibus authoritatibus, Divus namque Bernardus epist. 13. sic diligat Plenitudo potestatis super universas orbis Ecclesiæ singulare prærogativæ Apostolicae Sedis donata est; qui igitur huic potestati resipit, Dei ordinatio resipit. Potest, si utile judicaverit, novos ordinates Episcopatus, ubi hæc nullus fuerunt. Potest in, qui sunt, alios deprimere, alios sublimare, præratio sibi dictaverit, ita quod de Episcopis tria Archiepiscopos licet, & è converso, si necesse sit, fuerit. Eam potestatem Iacobus de Themi Abbas Caroloci ejusdem Ordinis Cisterciensis magis explicat in Tract. contra impugnato exempli. & privil. Posset, inquit, facere ex causa, & rationabilis causa, quod in aliquo Regno, relata regione, ubi sunt Patriarchæ, Primates, & Archiepiscopi, non esset Primas, nec Archiepiscopi, nec Patriarcha, ita quod omnes Episcopi sibi immediate subessent. Et de Primitibos quidem disquisitio tantæ utilitatis non est, cum in Gallia, præter Lugdunensem, qui appellationes ab alijs Provincijs etiamnum recipi, ceteri vel in sua tantum Provincia eo jure videntur, vel solo Primitis titulo sine illa præsidio gaudent.

Metropolitanorum dignitas antiquissima quidem est; à Christo tamen immediata instituta nullibi legitur in sacris Scripturis. Apostolos illius authores exitisse, plerique concipiunt, ex quibusdam novi Testamenti locis, præcipue ex potestate à B. Paulo tradita. Tito discipulo suo, Episcopos, quos nomine Presbyterorum intelligit, per civitates constitueri: quod Metropolitani munus est. Cuius rei gratia reliquæ in Creta, ut ea, quæ difuntur, corrigas, & constitutas per civitates Propterea, sicut & ego constitui tibi. Tit. 1. Christus solum Petrum ceteris Apostolis præponit. Itaque nemo ceteris Episcopis jure Dei nisi Petri successor.

Nihil autem opus est, modò quæstiones illas agitare, utrum illimitata reliquorum Apostolorum Jurisdictione fuerit tantum delegata, an ordinaria? Utrum ex consensu tantum B. Petri Episcopos Provinciis integras fecerint? Utrum sic præfectorum Episcoporum successores potestatem ordinata serie accepisse censeantur ab ipsis Apostolos & cum manifestum sit (ut verbis utamur S. Innocentij I. epist. 1. quæ est ad Decentium Eugubinum Episcopum) in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam atque Siciliam, Insulasque interiacentes nullum instituisse Ecclesias.

# De Apost. erga SS. Canones potestate. 533

fas, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus, aut eius successores constituerint sacerdotes.

Metropolitacum dignitatem à Romana Sede in Gallia institutam fuisse, cum non esset, ex eo etiam colligitur, quod ab ea illuc restituta est, cum defecisset. Cum enim per annos ferè 60. nullus habuisset Metropolitanos Regnum illud, licet extarent adhuc Metropolitacum Sedes seu Ecclesia in primariis Provinciarum civitatis, implorata est Zacharia Summi Pontificis authoritas, qui eam illic dignitatem restauravit per S. Bonifacium, ut ex utriusque litteris constat, idque juxta preces Principum Pippini, & Carlomanni; Franci verba sunt S. Bonifacij ad S. Zachariam ut seniora dicunt, plusquam per tempus 80. annorum Synodus non fecerunt, nec Archiepiscopum habuerunt, &c. Sanctus autem Zacharias scribit ad S. Bonifacium; De Episcopis vero Metropolitanis, id est, Grimone, quem nos jam compertum habemus, & de Abel, & Artherto, quos per unamquamque Metropolim per Provincias constituerit, hos per tuum testimonium confirmamus, & pallia dirigimus, ad eorum firmissimam stabilitatem, & Ecclesie Dei augmentum, ut in meliori proficiant statu.

## ARGUMENTUM II.

Prioris continuativum ex præfato  
Authore à n. 6.

34. PRincipio quidem, cùm à Romano Pontifice ordinabantur Metropolitani, non ita facile ab istorum animis deleri poterat memoria recepta ab illo autoritate: sed coegerit locorum distantia, ordinationem vel Episcopis provincialibus, vel viciniori Metropolitanu[m] permittere, ut de Metropolitanis Mediolanensi & Aquileiensi testatur Pelagius I. in epistola, cujus fragmentum refertur à Gratiano 24. quæst. 1. Can. 35. Nempe is mos antiquus fuit, ut, quia pro longinquitate, vel difficultate itineris, ab Apostolico onerosum illis fuerit ordinari, ipsi se invicem Mediolanensis, & Aquileiensis ordinari Episcopi debuissent: ita tamen, ut in ea civitate, in qua erat ordinandus Episcopus, alterius civitatis Pontifex occurrere debuisset; ut & ordinandi electio à proprio Ordinatore, ex consensu universalis, cui prescindens erat, Ecclesiæ melius ac facilius potuerit agnoscere, & in sua, qui ad Episcopatum provehendens erat, nec tamen Ordinatori suo subdendus fuerat, ordinaretur Ecclesia. Hanc tamen concessionem postea Sedes Apostolica revocavit, ut ex S. Gregorio Magno edicimus. Sic enim scribit epist. 21. lib. 1. Obitum Laurentij Ecclesia Mediolanensis Episcopi Excellentiam vestram jam credimus cognovisse: & quia, quantum ex Cleri relatione didicimus, in Constantino filio nostro Diacono ejusdem Ecclesiæ, omnium consilii electio, necesse fuit pro servanda consuetudine militem Ecclesia nostræ dirigere, qui eum, in quo omnium voluntates, atque consensum concorditer convenire cognoverit, à suis Episcopis, sicut veteris mos exigit, cum nostro tamen assensu faciat consecrari. Et lib. 2. epist. 68. quæ est 29. indictionis undecima: Latorem presentium

Ioannem Subdiaconum nostrum ad hoc, Deo saven-te, transmisimus, ut electum vestrum h[ab]a immunitatiæ Dei omnipotentis solatio secundum morem prædecessoris ejus faciat Episcopum consecrari. Nam sicut ab alijs nostra exigimus, ita singulis sua iura servamus. Deniq[ue] epist. 65. lib. 8. quæ est ad Mediolanentes: Ut igitur in ordinando eo, qui à votis electus est, nulla possit mora contingere, Pantheonem Notarium nostrum transmisimus, qui eum, ut moris est, annuentे consensu nostri authoritate faciat consecrari.

In Illyrico Vicarius Apostolicus, Epis. opus scilicet Thessalonicensis, Metropolitanos ordinabat, & ab eis confidebatur in singulorum Episcoporum ordinatione, ut ex pluribus Summorum Pontificum litteris edocemur, præterit è S. Leonis epistola ad Anastasiū Episcopum Thessalonicensem, ad quem sic scribit: Nullus te inconsulto, per illas Ecclesias ordinetur Antifex: ita enim fiet, ut siis de eligendis natura consilia, dum tua dilectionis examinatio formidetur. Quisquis vero à Metropolitanis Episcopis contra nostram præceptionem præter tuam notitiam fuerit ordinatus, nullam sibi apud nos statutu[m] sui noverit esse firmitatem, eosque usurpationis sue rationem, qui hoc presumperint, redituros. Singulis autem Metropolitanis, sicut potestas ista committitur, ut in suis Provinciis habent ordinandi, ita eos Metropolitanos à te volumus ordinari. In Synodo Rom. collect. Holsten. n. 24. vide etiam epist. 84. ejusdem Sancti cap. 6. Ex qua epistola, & ex alijs ejusdem, ac subsequenti Pontificum aperiissimè constat, totam Episcopi Thessalonicensis in reliquos Illyrici Metropolitanos authoritatem à Romano Pontifice peperisse, non ab illo imaginario Patriarchatu, quem ei affinxerat Petrus de Marca lib. 6. de Concord. Sacerd. & Imper. cap. 5. n. 3. quod le alibi accuratè explicare afferit, quodque potius improbare videtur in dissertatione de Primatu Lugdunensi, & ceteris Primitibus, qua adjuncta est à Philippo Labbe Concilio Claromontano sub Urbano II.

Hoc jurisdictionis lux exercitium, & authoritatis signum in Illyrico sibi reservandum duxit Romanus Pontifex, veritus fortasse, non accideret aliquando, quod re ipsâ tandem contigit, ut Episcopus Constantinopolitanus Imperatorum potentia partem illam Patriarchatus Occidentalis, Constantinopolis, quam Romæ vicinorem, invaderet. In alijs autem Occidentis Provincijs, in quibus similis usurpatio non timebatur, quibusc propter distantiam promptè providere non poterat Ecclesia Romana, permissa est, ut diximus, Metropolitanorum ordinatio Episcopis provincialibus, aut Metropolitanis vicinibus.

## CONCLUSIO.

Sublimiores Episcopatu[m] præeminentia sciae seu Patriarcharum, seu Primatum, seu Metropolitanorum & Archiepiscoporum derivantur ex constitutionibus Ecclesiasticis, à Summorum Pontificum authoritate dependentibus.

Explicitur istarū Ecclesiasticarū præminentiarū speciales prærogativæ. Nam in primis Patriarchæ nomē sonat perinde, ac si dice retur Patrū Princeps, uti ex Iisidoro dicitur in cap. Cleros. s. Patriarche. Dist. 21. Quare Patriarchanom dignitate duntaxat, sed etiā potestate, ac jurisdictione sūt majores ceteris Ecclesiæ Prælatis. Arg. Cap. Antiqua. De privilegijs. Cap. Exigit. & Cap. Falcis. De censibus. in 6. Si quidem ad ipsos post Apostolicam ledem referenda sint Episcoporum omnium, & Archiepiscoporum negotia, ac causæ majores. Cap. 2. dist. 80. Et ideo habendi sunt Ordinarij omnium cui districtus Archiepiscoporū & Episcoporū, à quibus iure recipiant appellations, potiunturq; prærogativā, non tantum in suo Patriarchatus (sicuti Archiepiscopis pro suā duntaxat provincia concilium est) sed ubique, extra præficiam Summi Pontificis, ejidive Legati de latere, præferendi Crucem. Ex cit. Cap. Antiqua, & Clement. Archiepiscopo. De privilegijs.

In hoc Patriarcharum cœtu veniebant olim quatuor, Constantinopolitanus scilicet, primus locum obtinens propter Imperatorum Grecorum Constantinopoli residentiam, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierusalemitanus. Qui enim præter illos gaudent titulo Patriarcharum nempte Aquileiensis, Venetus, nec non in Icarum, ac Aethiopia, minimè potiuntur pari cum illis privilegiorum prærogativā, sed ipsorum jurisdictione, & auctoritate vel ex specialibus induitis Apostolicis, vel ex consuetudine singulorum locorum determinanda est; veluti Ludovicus Engel cit. tit. 33. n. 24. advertit.

Deinde Primatis nomen inter Episcopos, 39. obtinent nonnulli potiores Archiepiscopos, obtinentes Metropoles priuilesios alijs Archiepiscopatibus. Primates hujusmodi non sunt absimiles Patriarchis minus principibus, non tam iure Patriarchatū superius exposito, quam titulo, cum speciali privilegiorum prærogativā fulgentibus, si excipiatur Archiepiscopus Toletanus, cui ex privilegio Martini V. eadem cum quatuor principalibus Patriarchis est potestas; uti refert Barbosa cit. cap. 6. n. 47. addens n. 48. ipsi cum Archiepiscopo Bacharense esse contentionem, quisnam eorum sit Hispanæ Primas: dum certiori in Gallia Archiepiscopi Bituricensis, Rhemensis, Lugdunensis, Arelatensis, & Viennensis, in Hungaria Strigonensis, in Polonia Gneisenensis, in Anglia Cantuarienensis, & in Africa Carthaginensis, in Germania olim Magdeburgensis, nunc vero Salisburgensis Archiepiscopus, gaudet illa prærogativā, qua non tam est Iuris Communis, quam conuentus, seu privilegij Apostolici.

Porrò Archiepiscopos comparatus ad suam Diocesin, eadem ortitur iura, ac Episcopus: at in comparatione ad Episcopos Suffraganeos, eorumque Dioceses, potiutur juribus proximè exponentis. Nomen igitur Archiepiscopi derivatur ex idiomate græco, in quo nomen Achos primum seu Principem denotat; perindeq; sonat, ac si diceretur Princeps Episcoporum. Altero inluper vocabulo appellati

solet Metropolitanus, hanc denominatione de sumptu vel ex mensurâ civitatum, nam iuxta Epist. 1. Pelagij 11. relata in Cap. Scrote. 6. q. 3. consuetum erat, ut Archiepiscopus decem, aut duodecim civitates sub se contineat. Placeat tamen Barbolæ Iuris Ecclesiæ univers. cit. lib. 1. cap. 7. quod Metropolitanus denominatione petatur à matrice Civitate, qui sit Metropolis, nempe Civitas illa, qua Provincia caput existat, sive Sedes, ac Diocesis Metropolitanus, sive Archiepiscopi. Hinc in Archiepiscopo distinguere oportet, tum Diocesis in sibi perinde ac Episcopo subjectum, cuius iura inferius explicabuntur, tum Archidioces in qua est coelestis cunctarum Diocesum in unam quasi provinciam coadunatum, ut earundem post Summum Pontificem (& in Græcia olim etiam post Patriarcham) esset caput & Princeps, cui subicerentur etiundem singuli Episcopi, Suffraganei dicitur, propterea, quod oportaret, ipsos suffraganeos Archiepiscopos, adjuvando ipsis in consecrationibus, vel Conciliis Provincialibus, aliquaque publicis provinciæ causis Ecclesiasticis. Haec igitur cunctæ seu Metropolitanorum, seu Archiepiscoporum, seu Primate & Patriarcharū præminentiae pendent ex constitutionibus Summorum Pontificum.

#### PROBATIO I.

Ab inductione talium præminentiarum ex constitutionibus Pontificis dependentium.

Nulla equidem in substantia Ordinis Episcopalis est Archiepiscopi eminentia quæ reliquæ Episcopis præminet, ad majorem tamen officij dignitatem, sublimiori iure Episcopos Suffraganeos, eorumque Dioceses, ac subditos jurisdictione condecoratum, singulari honoris signo denotandam, a Summo Pontifice concedit ipsi Pallium, quod potiebantur olim quatuor Orientis Patriarchæ, ipleque Summus Pontifex etiam, & poterat præter Oecumenicum totius orbis Christiani Principatum, præfulgens etiam uolo Archiepiscopi Romani, imo & Occidentalis, unum partium Patriarchæ.

Unde Pallium hoc rectè definitur à Ludovico Engel cit. tom. 1. lib. 1. tit. 8. s. *officiale ornatum defumptum ex corpore Divi Petri*, à Summo Pontifice datum Archiepiscopo, degener plenitudinem pastoralis Archiepiscopatu*m* ipsius. Hoc pallium ex oviu lanâ conficitur ad significandam pastoralem solitudinem, conseruatamque à Summo Pontifice, defetur ad altare Divi Petri, in memoriam corporis idem requiescentis, indeque traditur Archiepiscopos, seu ipsorum procuratoribus: hoc est causa, cur secundum Canonem significatur. De cœli, ejusmodi pallium dicatur defumptum ex Corpore Divi Petri, velut explicitat Gloria in dist. Cap. Significatur.

In quantum vero pallium hoc dicitur designare plenitudinem pastoralis officij, oportet, illa verba saltē respectu Archiepiscoporum,

- & Patriarcharum accipi in sensu *collectivo*, ita ut plenitudo pastoralis officij, quæ absolutè sibi competit Summo Pontifici, ex adjuncta voce Tò Archiepiscopalis, restringatur ad ple- nitudinem huic officio commensuratam, & circumscriptam limitibus *inferius* exponen- dis. Sub hâ ipsâ nihilominus loquendi for- mulâ speciale quid denotatur, quod nempe Archiepiscopus suæ dignitatis officio fungi non posset, priusquam receperit pallium, ita ut, licet confirmatus & consecratus esset, ante pallij de Summi Pontificis manu receptionem neque Archiepiscopus nominari debeat, neque ea, quæ Archiepiscopalis officij sunt, ex- exercere valeat. Ex cap. 3. De Authoritate & usu pallij. Imo ne illa quidem Ordinis Episcopalis munia, qua vel inter Missarum solemnia, vel cum Pontificalibus ornamenti peraguntur, veluti sunt consecratio Christi, consecratio Ecclesiæ, ordinatio Clericorum, exercere debet ante receptu Pallium, eò quid videtur isthac facere non quâ simplex Episcopus, sed tanquam Archiepiscopus. Ex Cap. Quod, scit. 28. §. Præterea. De elect. 44.
- Verum quoad Jurisdictionem, fas est Archiepiscopo confirmato, exercere actus, Episcopali officio universim competentes, non verò actus, qui proprij sunt Archiepiscopo- rum, velut sunt visitatio provinciæ, celebra- tio Concilij Provincialis. Et hinc quamvis Archiepiscopus ante acceptum pallium ( ut superius dictum est ) ordinare non valeat, ni- hilominus ( si confirmatus jam obtineat ju- risdictionem Episcopalem ) alteri Episcopo delegare potest, ut subditis suis conferat sa- cros Ordines, eò quid talis delegatio non sit exercitum Ordinis, sed jurisdictionis. Ex cap. Suffraganeus. 11. De elect.
- Insuper quoad usum Pallij, hoc discrimi- nis est in Summo Pontifice & Archiepiscopo; quod ille solus, utpote in absolutam pastora- lis pro Universa Ecclesia officio plenitudinem semper & ubique inter Missarum solemnia utatur pallio. Verum Archiepiscopis in par- tem duntaxat pastoralis, respectu particula- riuum Ecclesiæ ac Diœcetum in unam pro- vinciam coadunatarum, solicitudini vocatis, non nisi in festis principalioribus, seu Ecclesiæ proprijs, sicut etiam in anniversario sua Con-secrationis, ac Clericorum Ordinationibus, seu Ecclesiæ Consecrationibus uti licet pallio, juxta Cap. 4. & ult. junctâ Globâ dicitur. Neque circa speciale privilegium, pallij gestatio extra Ecclesiam, id est, provinciam Archiepiscopo est permissa. Ex Cap. Tuarum. 4. De usu, & authorit. Pallij.
45. Archiepiscopo supereminens jurisdictione est part m. respectu Episcoporum Suffraganeo- rum, partim respectu Diœcetum, & subdi- totum, sub istorum ordinariâ potestate consi- stentium. Archiepiscopus prout est ordi- narius judex suorum Suffraganeorum. Ex Cap. Quia cognovimus. cauf. 10. quæst. 3. Cap. Pa- storis. De officio Ordinar. Cap. Sollicitudinem. De Appellatione. Quamquam hujus ordinariæ in Suffraganeos Episcopos jurisdictionis exer- citum valde limitetur per hoc, quod cum
- Hofiensi in Cap. 2. Detranslat. Episcop. adfert Barbola citatus; nempe Archiepiscopum ni- hil habere potestatis in Suffraganeos suos, ni- si quatenus in jure expressum reperitur. Hoc nihilominus pro certo habendum est, quod extat definitum in sacro Concilio T. i. ent no- sess. 24. De Reformat. cap. 15 ut causa criminis Episcoporum graviores tantum à Summo Pon- tifice, minores vero tantum à Concilio Provinciali, vel ab illo deputandis terminentur. Id lacram Cardinalium luper negotiis Episcoporum, & Regularium deputatam Congregationem ex- tendere etiam ad causas Civiles, testatur Bar- bolla en. cap. 7. n. 46. In quo tamen, priusquam istud Congregationis lacrae decretem exhibeat in forma authentica, difficultatem rationibus minime substitutam movet Ludovicus Engel cit. tit. 33. n. 28. Porro in causis ad ipsius forum spectantibus potest Archiepiscopus aduersus suos Suffraganeos ferre cenituras, eà tamen conditione, ut non statim procedat ad excommunicationis ien- tentiam, ne Episcopus per hanc privetur jurisdictione non ablique dispendio suæ Ec- clesie: sed oportet, p. iùs i. si interdicte ab in- gressu Ecclesie. Verum Archiepiscopi Vicario, nisi ille agat in remotis, ob reverentiam Pon- tificalis Officii prohibetur, ne contra Episcopos ferat censuras. Ex Cap. 1. De officio Ordinarij. in 6.
- Quoad subditos, ac Diœcetes Episcopo- rum Suffraganorum, Archiepiscopus juxta Cap. Pastoralis. De officio Ordinarij. Cap. Vene- rabilibus. De sentent. Excom. in 6. nullam or- dinariâ obtinet jurisdictionem, nisi in casu Appellationis ad ipsum interposita, ac visita- tionis per suorum Suffraganeorum Diœcetes peragendæ. Quare Archiepiscopus non po- test in primâ instantiâ judicare causas eorum, qui immediatè sunt subjecti dictis Suffraganeis. Ex Cap. Duo simili. de offic. Ordinarij. Un- de Panormitanus in præcis. Cap. Pastoralis n. 2. infert, si Episcopus contra subditum suum moveat item, non posse in causa etiam spiri- tuali convenire ipsum in primâ instantiâ coram Archiepiscopo, sed coram arbitris utrin- que eligendis, à quibus tamen, cœu juris arbitrii necessarijs, datur tunc appellatio ad Archie- piscopum. Ex Cap. Ab arbitris. 11. De offic. de- legati. in 6.
- Ne compellere quidem potest Archiepi- 48. scopus subditum sui Suffraganei, ut testimo- nium coram le dicat, sed oculi, ut testimoni- um requirat per litteras mutui compassus; ne- quid enim testis compelli, nisi à suo immedia- to judice. Cap. 1. §. Negue de foro compet. in 6. Nihilominus ratione rei litigii, vel contractus, aut delicti, si nempe quis contraxit, aut deli- quit in suâ Diœceli, vel res litigiosa intrâ hu- jus limites constituit, nullatenus dubitate li- cert, posse subditum Suffraganei etiam in pri- mâ instantiâ conveniri coram Archiepiscopo. Verum ex appellatione per Suffraganeorum subditos ad se devoluta, ut etiam in provin- cia visitatione, acquiri Archiepiscopo jurisdic- tionem erga illos, constat ex Cap. Romana. De Appellat. in 6. & Cap. fin De censibus, in 6. Ubi decernitur, Archiepiscopum visitando pro- vinciam,

- vinciam, posse audire in confessione Sacra-  
mentalii subditos Suffraganeorum, illosque  
absolvere a censuris & casibus Episcopo suo  
reservatis. Ex Cap. fin. De soro compet.
49. In ipsum etiam Vicarium Episcopi Suffra-  
ganei, si delinquit in officio sibi commisso,  
vel impedit causam appellantiam ad tribunal  
Archiepiscopi delatam, vel utatur jurisdic-  
tione Episcopi sui excommunicati, vel non ser-  
vet privilegia Sedis Apostolicae, competere  
Archiepiscopo jurisdictionem, evincitur ex  
Cap. 1. & Glossa ibi verb. Rationabili. De officio  
Vicarii in 6.
50. Ceterum modo quasi extraordinario,  
nempe in calo negligentiae Episcoporum Suffra-  
ganeorum (uti restringendum cenlet Sylvester in Sum. verb. Archiepiscopus) posse Ar-  
chiepiscopum criminis notoria ab illorum  
subditis commissa, etiam extra visitationem  
punire, patet ex Cap. 1. §. Sanè. De censibus. in  
6. Et hinc Archiepiscopus supplet negligen-  
tiam Episcopi Suffraganei etiam in hoc, quod  
iste deneget absolutionem, vel dispensatio-  
nem ex aequitate debitam, seu ultimæ voluntatis  
executionem, sive institutionem presentati  
a patrono; ut recte advertit Engel cit.  
n. 1. In iuper injurias sibi, vel familiae iuxa,  
aut nuntijs, in jurisdictione sua exercito a Suffraganeorum subditis illatas  
plestere, constat ex Cap. 1. De penit. in 6. Ar-  
gumento legis nullum. Ced. de testibus. Ubi cui-  
libet judici permisum est, iuxi ias sibi illatas  
punire, nec coram alio judge litigare cogatur.
51. Archiepiscopis denique competit potes-  
tas tum præcipenti suis suffraganeis, ut,  
qua servat in sua Diœcesi, modo sint fundata  
in iure Communii, vel sancta in Concilio  
Provinciali, serventur etiam per illorum  
Diœceses; imposita etiam poena illis, qui  
contraveniunt, sublatisque pravis contrarijs  
consuetudinibus, eò quod ad ipsum pertinet  
sollicitudo totius Provinciae. Ex Cap. Dilectus.  
30. Desimona. Tum prædicationis officium in  
tota Provincia, atque adeo in Suffraganeo-  
rum Diœcibus ex causa rationabili interdi-  
cendi, malefactoremque promeritum extra  
universam Provinciam relegandi. Ex Cap.  
Tuarum. De privilegiis. Cap. 2. De arbitrijs, jun-  
to Commentario Barbola ibi, n. 4. Tum in-  
dulgentias in dedicatione cuiuslibet Ecclesie  
unius anni, & in illius anniversario quadra-  
ginta dierum taliter concedere potest, ut  
prosist etiam subditus Suffraganeorum ad eas  
lucrandas eò convolantibus, juxta Cap. Cùm  
ex eo. De Penit. & remissionibus.
- P R O B A T I O N I I .**  
Desumpta ex Pallijs Archiepiscopalis à  
sancta Sede recipiendi obligatione, nec non  
Metropolitarum adversus suffraganeos inob-  
edientes ad sanctam Sedem recursus  
necessitate per Authorum præci-  
tatum dicto cap. 6. à. n. 3.  
fulsis deductis.
52. IN Palio namque, uti scribit Paschalis II.  
ad Archiepiscopum Poloniae apud Baronum  
ad annum 102. plenitudo conceditur Pontificalis  
officij, quia iuxta Sedi Apostolicae, & totius Ecle-  
sia consuetudinem, ante acceptum pallium Metropo-  
litani minimè licet aut Episcopos creare, ut  
Synodus celebrare. Conventient ceteri Pon-  
tifices, ut S. Gregorius Magnus, cujus verba  
suprà retulimus, & Nicolaus I, cujus lant illi;  
Sanè interim non in throno sedentem (Patracham, vel Archiepiscopum) & præter Corpus  
Christi, non consecratam prius, quam pallium à  
Sede Romana percipiat, sicut Galliarum omnes, &  
Germania, & aliarum regionum Archiepiscopi a-  
gere comprobatur. Nicolaus I, in responseñe ad  
consul. Bulg. cap. 73.
- Metropolitica dignitatis confirmationem  
à Patriarchis pendere, ac pallium ejus confir-  
mationis signum esse, supponit evidenter. &  
a Synodus Occumenica his verbis Canxi 17.  
Priseam consuetudinem decernit in omnibus con-  
vari, ita ut earum (Sedem Patriarchalium)  
Præfules universorum Metropolitarum, quæ à  
ipsis promoventur, & sive per manus impositionis,  
sive per pallij dationem Episcopalis dignitatis con-  
firmationem accipiunt, potestatem habeant, videlicet  
ad convocandum eos, argenteocepsitate, ad Sym-  
bolum conveniunt, vel etiam ad coercendum eis,  
& corrigendum, cum fama eis super quibusdam  
licitis forsan accusari.
- Ceterum Paschalis II. in epistola mox s.  
laudatæ suspicionem amovet, quam aliqui,  
ut Marca loco supra citato, concipiunt,  
pallij concessionem eò spectare, ut protene-  
retur Summi Pontificis authoritas; aliena-  
nem, nihil exigi, quod ab omnibus Episcopis  
non debeatur, etiam non requiretur;  
Quod non, etiam præter exactionem nostram, à  
omnibus debet Episcopis observari.
- Nicolaus I. Hincmaro Archiepiscopo  
Rhemensi privilegia Sedi sua confirmari po-  
stulanti apposite responderet epist. 28. iniquum im-  
pugnari ab illo Archiepiscopo privilegio Ec-  
clesie Romanae, sine quibus costare non possit  
Ecclesiæ Rhemensi privilegia; Privilegium pe-  
tere ab Apostolica Sede vestre Ecclesie confir-  
ma depositis, qui tamen nostra privilegia, qua-  
tum in vobis est, infirmare satagit. Portan-  
tibus, sicut Romanam Ecclesiam appellati,  
qui tamen in eo, ne aliqui salvantur, quantum pos-  
sunt, satagere procuratis. Quomodo, rogo, pri-  
legia tua stare poterunt, si ita privilegia de-  
cassentur, per que tua privilegia in istum usus  
noescunt? Id ipsum agnovit ipse Rhemensis,  
quandoquidem scripsit ad Nicolaum Papam;  
Favente Domino, in hac devotione manbo sic  
privilegium Metropolitanae Sedi Rhemiana,  
eui me Divina dignatio servire disponit, in  
summo privilegio sanctæ Sedi Romanae mat-  
tre, & privilegium esse Sedi Romane, à  
sua auctoritate privilegium sibi subiecta Sedi se-  
cerit rigere, & studuerit confirmare.
- Deinde dum Metropolitanus negara est §.  
à Suffraganeis debita obedientia, invocata  
est Sedi Romanae auctoritas, ut inde robore  
& auxilio acciperent privilegia Metro-  
politica, unde originem duxerant. Exemplum  
suppeditata epistola Ioannis XIII. ad Episco-  
pos Britannia, hæc inter alia continens; Ar-  
duinus Turonensis Ecclesiæ Archiepiscopus, re-

niens ad Apostolorum limina Romanam oratum, interpellavit nos, quod iura sui Archiepiscopatus, quæ ab antiquis temporibus per decreta sanctorum Pontificum sanctæ Romanae Matris Ecclesiae suis predecessoribus concessa, & confirmata fuerant, à vestro Archiepiscopo sublata videntur, &c.

Sed, ut redeamus ad Metropolitanum Rhenensem. (Divina enim providentia illos ipsos, qui sanctæ Sedis autoritatem ægrè ferunt, aut latrui sunt, ad illam contumere non raro compellit, ut quam sponte agnoscere recusat, vel inviti fateantur.) Hincmarus, qui contra sanctam Sedem tam frequenter recalcitratus erat, non aliter suam dignitatem securè possidere potuit, quam obtinèt Romani Pontificis confirmatione: & ne causari posset, adhibitam à se hanc cautelam ex prudentia ob privatam necessitatem; eā occasione Summi Pontificis potestatem profecti sunt omnes Episcopi Gallicani, ut prohibent acta secundi Concilij Sessyonensis anni 853. partē tertią his verbis; Porrexit etiam (Hincmarus) epistolam totius Gallie Episcoporum manibus subscriptam ad Apostolicam Sedem pro confirmatione ipsius ordinationis.

§. IV.

Corollarium.

De imaginario molimine praeficiendi Ecclesia Gallicana Patriarcham.

58. Non abs re fore arbitrabar, hic ob oculos ponere, quæ hanc in rem disservit Author sèpè citati tractatus de Ecclesia Gallicana libertatis lib. 8. cap. 4. Editis in lucem, inquit, duobus voluminibus Petri Puçeani de Libertatis Ecclesia Gallicana, suspicatus quidam ob doctrinam in illis contentam, & ob alia indicia consilium esse creandi Patriarche in Gallia, epistolam Paræneticam scripsit sub nomine Optati Galli ad omnes Episcopos illius Regni, ut huic molimini selematurè opponerent. Exagitata est illa suspicio cum ab Isaacio Haberto Theologo Parisiensi, ac postea Episcopo Vabrensi, opusculo quodam stylo oratorio conicripto, tum ab Iulustissimo Petro de Marca libris de Concordia Sacerdotij & Imperij compositis. Infedit nihilominus plurimum animis concepta de affectato Patriarchatu opinio, quam foveat subobscuri quandoque rumores. Vanæ quidem sunt eæ de re minæ, ac in flectendis ad prætermittendum officium animis sapientum, quorum interest, minus idoneæ: quia tamen simpliciores hinc commoveri videntur, propius ad idealem illum Patriarcham admovenda est consideratio.

ILLATIO I.

Quibus ex talis Patriarche creatione aliquod inferri posset prejudicium?

59. Hoc præfatus Author à n. 2. ita prosequitur disquendendo; Cui metuendum esset ab iude

imaginario Patriarcha? Certè non Summo Pontifici, cujus authoritas, cum Christum ipsum habeat authorem, nullis humanis machinatio-nibus imminui potest ab ijs, qui in Religione Christiana perseverare statuerunt: Præsertim, inquit Nicolaus I. epist. 8. quæ est ad Michaellem Imperatorem, cùm Ecclesia Romana privi-legia, Christi ore in B. Petro firmata, in Ecclesia ipsa disposita, antiquitus observata, & à sanctis universibus Synodus celebrata, atque à cuncta Ecclesia jugiter venerata, nullatenus possint minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari; quoniam fundatum, quod Deus posuit, humanus non valet amovere conatus. Et quod Deus statuit, firmum, validumque consisit. Illeque potissimum peccat, qui Dei ordinacionem resistere tentat. Privi-legia, inquam, illius Sedis, vel Ecclesiæ perpetua sunt Divinitus radicata, atque plantata sunt. Impingi possunt, transferri non possunt; trahi possunt, evelli non possunt. Influxaverat eidem Pontifici Hermintrudis Regina Franciæ, Carolum Caivum Regem Sedis Apostolica jura impe-titum, nisi quod optabat, à Papa conse-queretur, aucturum vero, si compos fieret; sed intrepide refonuit Nicolaus ep. fl. 36. Quod autem scriptis, quia si exaudiamus filium nostrum, non detrimentum, sed augmentum Ecclesiæ nostræ privilegii generetur. Nos certissime credimus, quia privilegia sanctæ Romanae Ecclesiæ nullum possunt sustinere detrimentum, nec plantatio, quam Cœlestis Pater noster plantavit, eradicari, nec fundamenta, quæ Summus posuit Archititus, queunt quibuslibet, & quantilibet fluctuationibus amoveri. Epistolæ etiam 24. juxta aliam episto-lam Gelasij ad Orientales; Privilegia sua, inquit, à Christo Ecclesia Romana per Petrum con-fecuta est.

Verisimilior esset timendi ratio Episcopis ipsis Gallicanis, si, quando in Principem & quia-tatis & religionis minus amantem, ac in Archiepiscopum urbis Regie ambitiosum, & Regis studio, atque authoritate fultum inci-derent, ne, instituto Patriarchatu, libertate Canonicâ, & magnâ propriâ dignitatis parte priuarentur. Unde enim ora est Episcoporum Metropolitanorum, Exarchorum, ac de-nique Patriarcharum Orientalium depresso, nisi ab Episcopis Constantinopolitanis ambitionis æstro percitis, & Imperatorum poten-tiâ armatis? A quibus etiam deinde totus Oriens in schismâ, & demum in heresim attrac-tus est, homines scilicet carnales, dignitates Ecclesiasticas ex urbium amplitudine, ac Principum illic comorantium majestate, non ex Apostolorum, vel Ecclesiæ primariâ di-positio metentes, putarunt, sicut civitates Regie ceteris præminent, ita qui in eis sedent Præsules, Coepiscopos posse dominari. Quia in re ipsimet Coepiscopi eorum apud Principem gratiam modò metuentes, modò implorantes, propriæ servituti colla-partim sponte, partim in-viti submiserunt.



## ILLATIO II.

*A quo creandus esset ejusmodi Patriarcha?*

61. **A**uthor præallegatus à n. 4. pergit hoc discurtere sub hisce interrogationibus; *A quo igitur is Patriarcha suum acciperet dignitatem, & autoritatem? Num à Christo? A Summo Pontifice? A Rege? Ab Episcopis ipsis Gallicanis? Non à Christo: quis enim ita despiciat, ut arbitretur, dignitatem Ecclesiasticam in Evangelio per septendecim sæcula non drectam, ab Apostolis, ipso jubente, non collatam, ab ipso rursus de cælo descendente fore tribuendam? Fidem non inveniret hujusmodi constitutio extraordinaria sine plurimorum miraculorum confirmatione.*

62. Christiani sunt & Catholici, qui Regnum Francie incolunt, atque adeò verendum non est, ne Patriarchalis dignitatis cum autoritate spirituali creandæ jus Regi adscribant. Illam sine autoritate Romani Pontificis institui, aut alicui Ecclesiæ impetrari non posse, quantumvis intercedat Principum sacerdotali voluntas, docet S. Leo epist. 44, que est ad Marcianum Augustum cap. 3. occasione Anatolij Episcopi Constantinopolitanus, dignitatem Patriarchalem ambientis; *Habet, inquit, sicut optamus, Constantinopolitana civitas suam gloriam, & protegente dexterâ Dei, diuturno clementia vestre fruatur imperio. Alia tamen est ratio rerum sacerdotalium, alia Divinarum; nec præter illam Petram, quam Dominus in fundamento posuit, stabili erit illa constructio.* Idem etiam scribit Nicolaus I. respondens ad consulta Bulgarorum cap. 73. verbis infra referendis. Imò Concilium Chalcedonense dignitatem, quæ ex assensu Imperatoris Episcopum Constantinopolitanum auxerat, stare sine Romani Pontificis autoritate non posse, sensi; ut in ejus Synodica ad S. Leonem videre est. Certo si Principes non possunt Metropolim Ecclesiasticam facere, qui poterunt Sedem Patriarchalem constituer? Aut quam habebit jurisdictionem spirituale Patriarcha hoc modo creatus?

63. A Summo quidem Pontifice posset quis ad Patriarchalem dignitatem provehi; sed tunc Patriarcha non minds, imò magis subiectus esset sanctæ Sedi. Vocaretur enim in partem solitudinis, non in plenitudinem potestatis, ipsaque solitudinis participatione ad arctiorem cum supremo Ecclesiæ Capite conjunctionem adstringeretur. Verum exemplis Constantinopolitanorum, & aliorum Episcoporum edicti Pontifices, quam difficile sit, ut ambitio adeptis tranquillè fruatur, & ulteriora, etiam vetita, non appetatur, vix ad indulgendam illam exaltationem inducerentur.

•••••

## ILLATIO III.

*An possint Episcopi. Curia Regia id factum optantis favorem accupantes, vel indignationem metuentes, submetit Caput unum impone, ac suam in id potestate conferre?*

Pergit ille Author à n. 7. hunc in modum differere. Certe, si juxta vulgatum Juris regulam, nemo plus juris ad aliam transferre potest, quam ipse habeat; ff. De iur. l. 54. non eximeret Episcoporum consensus Patriarcham à Summi Pontificis autoritate, cui nihilominus subjacerent ipsi, ne profus successores suos ligarent. Etenim, si communiter docent Iuris Canonici perit, Episcopus sine Summi Pontificis licentiâ Ecclesiæ suæ servitutem nequit imponere, & qua circa hujusmodi sunt, suos tantum tenent Auctores; non magis ad successores transire Patriarchæ ab ipsis constituti, quin Vicarij ab ipsis nominati potestis.

Accedit, quod Summi Pontificis est, omnium Ecclesiæ jura defendere, taliisque operam dare, ne vel ab ipsis Prelatis laedantur. Atqui Gallicanæ Ecclesiæ maxima ex create Patriarcha decrementa patuerunt. Plurimum enim earum imminuerunt libertas, si Episcopis omnibus novus Soberne præficeretur. Metropolitanorum dignitas obcuraretur, ac ferè deperiret, si viget Patriarchalis.

Denique non potest major dignitas à minore constitui, Patriarchalis à Metropolitanâ, vel ab Episcopali, ut monet Nicolas I. in resp. ad cons. Bulg. c. 73. his verbis: *A quo autem sit Patriarcha ordinatus, interrogatis: Et idcirco scitote, quia in loco, ubi nunquam Patriarcha, vel Archiepiscopus institutus est à majori est penitus institundus: quam secundum apostolum, minus à majore benditur. Deinde vero licentia accepta & palliata, nat ipse sibi deinceps Episcopus, qui Successoribus ordinare. Vos autem sive Patriarcham, sive Archiepiscopum, sive Episcopum vobis ordinare postuletis, a nemine nomine velle congruentias, quia à Pontifice Sedis beati Petri, à quo & Episcopis, & Apostolatus sumptus initium, hinc abnari, valeatis.* Prater rationem generalis, specialem etiam considerabat Nicolaus, quod scilicet Bulgari ad fidem Catholicam fuissent conversi ope Romani Pontificis, quæ ratio etiam locum habet in Gallia, in qua ex Innocentio I. à beato Petro, aut ab eis Successoribus, sive illorum autoritate omnes illic fundata sunt Ecclesia.

Sane licet, ut diximus, Episcopi Concilij Chalcedonensis, favente Imperatore Marciano, Ecclesiam Constantinopolitanam Patriarchali dignitate insignire, refraganibus Apostolica Sedis Legatis, tentaverunt. Canon ille diu effectu caruit, renentibus Sommis Pontificibus, nec plenè obtinuit, donec cessit eorum assensus.

Concludamus igitur cum S. Leo epist. 39. quæ est ad Episcopos per Provinciam Viennensem constitutos in causa Hilarii Aachen-

## De Apost. erga SS. Canones potestate. 541

Iatensis Episcopi, aliquam juris Patriarchici partem ambientis, neminem debere jus indebitum in alios Episcopos usurpare, neque posse Episcopos propriis dignitatis jura in aliud transferre, & ad sanctam Sedem pertinere, hujusmodi usurpationem castigare. Alienum ius, inquit S. Leo, alter sibi non audet vindicare. Suis limitibus, suis terminis, sit unusquisque contentus, & privilegium sibi debitum in aliud transferre se posse, neverit, non licere. Quid si quis negligens apostolicas sanctiones, plus gratia tribuens personali sui honoris desiderio esse voluerit, privilegium suum in aliud transferre posse se credens, non is, cui cesserit, sed is, qui mira Provinciam antiquitate Episcopali eatus provenit sacerdotes, ordinandi sibi vindicet potestatem.

## DISQUISITIO X.

## De Ecclesiasticarum Dignitatum gradibus ac praeminentibz.

Svb ist hac Disquisitione fiet discussio argumentorum ac Exceptionum, que Ludovicus Elies du Pin sacra facultatis Theologice Parisiensis Doctor in sua circa antiquam Ecclesie disciplinam Dissertatione 1. digesta.

## Præfatio.

- IN refutandis preinsinuatis seu argumentis, seu exceptionibus Elliesianis reflexionem faciemus ad duo, per eundem auctorem in suo præloquio exposta principia: quorum unum in eo se tenet. Nempe omnem hominum societatem, ut sit firma & stabilis, debere aliquam regiminis formam temperari: si namque homines sine ullis legibus inter se coirent, nullaque certa ratione regerentur, sed cuilibet, prout libatum est, suis moribus vivere licet, necessam fore, societatem primum immumeris turbis bellisque confundi, ac tandem penitus dissolvi. Cum ergo Ecclesia sit societas hominum fidem Christi proficit, necessum fuisse, ut aliqua forma regiminis in ea constitueretur, quam licet pro varia temporum ratione non parum immutata fuerit, suas semper leges habuisse, primum inolitas per consuetudines, deinde communis consensu recipias, ac deinde Synodorum decretis confirmatas. Quemadmodum, quanto præseruit Ecclesia seculo, factum fuerit.

Alterum in hoc punto Elliesij principium sic se habet. Apostolos scilicet Ecclesiarum initio, in illud sollemniter incabuisse, ut fidem Christi per totum Orbem spargerent, singulisque Ecclesiarum Episcopos, qui eas regerent, præcise, nondum solitos de exteriori politia. At post disseminalam per totum Orbem Christi fidem, cogitari ceptum esse de Ecclesiarum inter se invicem communione ac societate, nec non de exteriori regiminis formâ. Si Iohannem seniorum viderit, aliquam Ecclesiarum Asie formam constituisse. Cuius exemplum secutos varos Apostolicos, minus modum exornasse hanc spartam: rem deinde adesse in consuetudinem, que pro lege tum erat: ac demum, cum Religio Christiana sub Con-

stantino externum accepit splendorem, Synodorum decretis confirmatas esse veteres consuetudines, nonnullis quoque novis legibus (ancientis: quibus deinceps pro variâ temporum ratione additum, vel detractum fuisse, donec longâ seculorum successione ita sunt immutatae, ut vix agnosci queant. Hoc tamen pro certo esse habemus, optimam ac convenientissimam fuisse disciplinam, quæ quartio Ecclesie seculo sancta est, semperque fuisse mentem Ecclesie, ut illa quantum fieri posset, servaretur. Hujus igitur duplicitis principiis accuratiorem discussionem facimus, acturi ē statu Hierarchico Ecclesie, seu formâ ac distributione Ecclesiarum ex varijs Episcoporum gradibus, ac Patriarcharum, Metropolitanarumque prærogativis subsidente. Post cuius rei discussionem expendemus: An Metropolitica, aut Patriarchica dignitas fuerit instituta à Christo, vel Apostolis?

## §. I.

## De Hierarchico Ecclesie statu.

Primo. Hierarchia Ecclesiastica habetur dilucide expressa ab Apostolo Romani 12. v. 4. ita differente. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actionem habent, ita multi unum Corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra in Christo Iesu Domino nostro. Si proinde de corporis humani ex membris adeo diversis coalescentis formâ, sit qualis, multiplicem hujus unitatis rationem reperies, partim in mutua membrorum activâ ac passivâ communicationis coordinatione, partim in organizationis corpus heterogeneum constituentis integrali coadunatione, partim in formâ viram substantiali universis membris impertientis unitate. Illam igitur similitudinem ab Apostolo prædictato hierarchicum Ecclesie corpus, cum organico corpore humano comparante inducatam, hisce verbis ulterius explicat Paulus, alleverando ibidem, quod fideles sint quidem in Christo unum Corpus, atamen singuli sint alter alterius membra, habentes donationes secundum rationem differentes, sive prophetam secundum rationem fidei, sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in similitudine, qui præst in solicitudine.

Secundo. Quod si igitur de Ecclesie membrorum mutua inter se, tum activâ, tum passivâ communicatione sit lermo, affirmandum est, passim, leu influxus Ecclesie suscepit, in Sacramentis recipiendi capacitate, subsistere ex charâ Baptismali: activâ vero communicatione in confraternali Sacramentis sitam esse in potestate Sacramenti Ordinis, cui annexa est communica-tio gubernativa, quæ prodit ex jurisdictione Ecclesiastica, diversis gradibus distinctâ, nempe Apostolatus, seu Summi Pontificatus, Patriarchatus, sive Exarchatus, Metropolitanatus, leu Archiepiscopatus, & Simolicis Episcopatus. De cuiusmodi adeo gradibus proxime differemus.

## Z Z

## §. II.